 uenite p̄perate. cōcurrite vndiq̄ ad vi
 ctimā meam quam ego immolo vobis
 medatis carnes et bibatis sanguinem.
 Carnes fortiū comedetis. ⁊ sanguines
 p̄ncipū terre bibetis. arietū ⁊ agnoꝝ et
 hircōꝝ tauroꝝq̄ ⁊ altiliū et pinguium

ouium. Et comedetis adipem in saturi-
tatem et bibetis sanguinē in ebrietate
de victima quam ego immolauī vobis.
et saturabimini super mēsam meam de
equo et de equite forti. et de vniuersis vi-
ris bellatoribus ait dominus deus. Et
ponam gloriam meam in gentib; et vi-
debunt omnes gentes iudiciū meū
quod fecerim. et manū meam quā po-
fuerim super eos. et scient domus israel
quia ego dominus deus eorum a die il-
la et deinceps. Et scient gentes quoniā
in iniquitate sua capta fit domus israel
et dereliquerit me et absconderim facies
meam ab eis. et tradiderim eos in ma-
nus hostium. et ceciderint in gladio vni-
uersi. Iuxta immunditiā eorū et scelus
feci eis. et abscondi faciē meā ab illis. p-
pterea hec dicit dominus deus. Nūc re-
ducam captiuitatem iacob. et miserere
omnis domus israel. Et assumā celum
p noīe sancto meo et portabūt p̄fusionē
suam et oēm p̄uaricationē quā p̄uarica-
ri sunt in me cū habitauerint in terra sua
cōfidenter neminē formidātes. et redu-
cero eos de populis. et congregaero de
terris inimicorum suorum. et sanctifica-
tus fuero in eis in oculis gentiū pluri-
marū. Et scient qz ego dñs deus eorū eo
qz trāstulerim eos in natōnes. et cōgre-
gaerim eos sup terrā suā. et nō dereli-
q̄rim quēqz ex eis ibi. Et non abscondaz
vltra facies meā ab eis. eo qz effuderim
sp̄m̄ meū sup omnē domū israel ait do-
min⁹ deus.

XL

In vigesimo quinto anno trāstul-
i migratōnis nre in exordio āni
decima mēsis q̄rtodecimo an-
no postqz percussa est ciuitas. in ip̄a hac
die facta est super me manus dñi et ad-
dixit me illuc in visionib; dei. Adduxit
me in terram israel. et dimisit me super
montē excelsum nimis. super quez erat
q̄si edificii ciuitatis vergētis ad austrū
et introduxit me illuc. Et ecce vir cuius
erat sp̄s q̄si sp̄s eris. et funiculus line-
us in manu eius et calamus mēsure in
manu eius. Stabat autē in porta. et lo-

cutus ē ad me idem vir. Fili hominis.
vide oculis tuis et auribus tuis audi. et
pone cor tuū in oīa q̄ ego ostendaz tibi.
qz vt ostendatur tibi adductus es huc
Annūcia oīa q̄ tu vides domui israel. Et
ecce murus forinsecus in circumitu do-
mus vndiqz et in manu viri calamus mē-
sure sex cubitorū et palmo. Et mensus
ē latitudinem edificij calamo vno. alti-
tudinē queqz calamo vno. Et venit ad
portā q̄ respiciebat viā orientālē et ascē-
dit p gradus eius. Et mēsus est limen
porte calamo vno. latitudinem. i. limen
vni calamo vno in latitudine. et thala-
mū vno calamo i longū. et vno calamo
in latū. et inter thalamos q̄nqz cubitos
et limen porte iuxta vestibulum porte in-
trinsecus calamo vno. Et mensus est
vestibulum porte octo cubitorū. et fron-
tem eius duob; cubitis. Vestibulū au-
tem porte erat intrinsecus. Porro tha-
lami porte ad viam orientālē tres hinc
et tres inde. mensurayna triū. et mensu-
ra vna frontū ex vtraqz pte. Et mēsus
est latitudinē liminis porte decem cubi-
torū. et longitudinē porte tredecim cubi-
torū. et marginem ante thalamos cubiti
vnius. et cubitus vnus finis vtrinqz.
Thalami autem sex cubitorū erāt hinc
et inde. Et mensus est portam a tecto
thalami vsqz ad tectum eius. latitudi-
nem viginti quinqz cubitorum. ostium
contra ostium. Et fecit frontes p sexa-
ginta cubitos et ad frontem atrium por-
te vndiqz p circumitum. et ante faciem
porte q̄ ptingebat vsqz ad faciē vestibuli
li porte interioris q̄nquaginta cubitos
et fenestras obliquas in thalamis et in
frontib; eorū que erant intra portā vndiqz
p circūitū. Similiter autē erant et
in vestibulis fenestre per girum intrin-
secus. et ante frontes pictura palmarū
celata. Et eduxit me ad atrium exterius
et ecce gasophilatia et pavementum fra-
tum lapide in atrio per circūitū. Tri-
ginta gasophilatia in circūitu patimē-
ti. et pavementū in fronte portarū fm lō-
gitudinem portarum erat inferius. Et

mensus ē latitudinē a facie porte inferioris usque ad frontē atrij interioris extrinsecus. centū cubitos ad orientē et aq̄lonē. Porta vero que respiciebat viam aquilonis atrij exterioris mēsus ē. tam in longitudine q̄ in latitudine. et thalamos eius tres hinc et tres inde et frontem eius et vestibulū eius s̄m mensuram porte prioris quinquaginta cubitorum longitudinem eius. et latitudinem viginti quinque cubitorum. Feneſtre autē eius et vestibulum et sculpture s̄m mensurā porte q̄ respiciebat ad orientem et septem graduū erat ascensus eius. Et vestibulū ante eam et porta atrij interioris extra portā aq̄lonis et orientalem. Et mensus ē a porta usque ad portā australem. et ecce porta que respiciebat ad austrum. Et mensus ē frontem eius et vestibulum eius iuxta mēsuras superiores et fenestras eius et vestibula in circuitu sicut fenestras ceteras. quinquaginta cubitorum longitudine et latitudine viginti quinque cubitorum. et in gradibus septem ascendebatur ad eam. Et vestibulū autē fores eius. et celate palme erāt una hinc et altera inde in frōtibz eius. et porta atrij interioris in via australi. Et mensus ē a porta usque ad portam in via australi centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portā australem et mensus est ad portā iuxta mēsuras superiores thalamū eius et frontem eius et vestibulum eius hisdem mensuris. et fenestras eius et vestibulum eius in circuitu quinquaginta cubitos longitudinis et latitudinis viginti quinque cubitos et vestibulū per girum longitudine viginti quinque cubitorum. et latitudine quinque cubitorum. Et vestibulū eius ad atrium exterius. et palmas eius in fronte et octo gradus erant quibz ascendebatur p̄ eā. Et introduxit me in atrium interius. p̄ viam orientalem. et mensus est portam s̄m mensuras superiores. thalamū eius et frontem eius et vestibulum eius sicut supra. et fenestras eius et vestibula in cir-

cuitu. longitudine quinquaginta cubitorum et latitudine viginti quinque cubitorum. et vestibulū eius. i. atrij exterioris et palme celate in fronte eius hinc et inde et in octo gradibus ascensus eius. Et introduxit me ad portam q̄ respiciebat ad aq̄lonē. Et mensus est s̄m mensuras superiores thalamum eius et frontem eius et vestibulum eius et fenestras eius per circuitū. longitudine quinquaginta cubitorum. et latitudine viginti quinque cubitorum. et vestibulum eius respiciebat ad atrium exterius. et celatura palmarū in fronte eius hinc et inde. et in octo gradibus ascensus eius. et p̄ singula gasophilatia ostiū in frontibus portarum ibi lauebant holocaustum. Et in vestibulo porte due mense hinc. et due mense inde. vt immoletur super eas holocaustum et pro peccato et p̄ delicto. Et ad latus exterius quō ascendit ad ostiū porte q̄ pergit ad aquilonem due mense. et ad latus alterum ante vestibulum porte due mense. Quatuor mense hinc et quatuor mense inde per latera porte octo mense erant super quas immolabāt. Quatuor autē mense ad holocaustum de lapidibus quadris exstructe. longitudine cubiti unius et dimidij et latitudine cubiti unius et dimidij et altitudine cubiti unius super quas ponent vasa in quibus immolatur holocaustum et victima. Et labia eaz palmarū unius reflexa intrinsecus p̄ circuitū. Super mensas autem carnes oblationis. Et extra portam interiorē gasophilatia cantorum in atrio interiori quod erat in latere porte respicientis ad aquilonem. et facies eorum contra viam australem. una ex latere porte orientalis. que respiciebat ad viam aquilonis. Et dixit ad me. Hoc est gasophilatium quō respicit viam meridianam. sacerdotibz qui excubant in custodijs templi. Porro gasophilatium quod respicit ad viam aquilonis. sacerdotibz erit qui excubāt ad ministerium altaris. Isti sunt filij sadoch qui accedunt de filiis leui ad minimum vt ministrent ei. Et mensus ē

atrium longitudine centum cubitorum
7 latitudine centum cubitorum per qua-
drum 7 altare ante faciem templi. Et in-
trodixit me in vestibulum templi. 7 me-
sus est vestibulum quinq; cubitis hinc
7 quinq; cubitis inde 7 latitudinē por-
te trium cubitorum hinc 7 trium cubi-
torum inde longitudinem autem vestibuli
viginti cubitorum 7 latitudinem vnde-
cim cubitorum. Et octo gradibus ascende-
batur ad eam. 7 colūne erant in fronti-
bus una hinc 7 altera inde. **XLI**

Introdixit me in templum
e 7 mēsus ē frontes sex cubitos
latitudinis hinc. et sex cubitos
latitudinis inde. latitudines tabernacu-
li. Et latitudo porte decem cubitorum
erat 7 latera porte quinq; cubitis hinc.
7 quinq; inde. Et mensus est longitudi-
nem eius quadraginta cubitorum. et lati-
tudinē viginti cubitorum. Et introgressus
intrinsicus mensus est in fronte porte
duos cubitos. 7 portam sex cubitorum
7 latitudinem porte septem cubitorum.
Et mensus est longitudinē eius vigin-
ti cubitorum. 7 latitudinem eius vigin-
ti cubitorum ante faciem templi. Et dixit
ad me. Hoc est sanctum sanctorum
Et mensus est parietem domus sex cu-
bitorum. 7 latitudinē lateris quatuor cu-
bitorum vndiq; p circumitū domus. Late-
ra autē latus ad lat^{us} bis triginta rē. Et
erant eminentia q̄ ingredientur p pari-
etem domus in lateribus p circumitū
vt continerent 7 non attingerent pari-
etem templi. Et platea erat in rotūdū
ascendens sursum p cochleam. 7 in ce-
naculum templi. deferebat per girum.
Adcirco latius erat templum in supio-
ribus. 7 sic de inferioribus ascendebatur
ad superiora. 7 in mediū. Et vidi ī domo
altitudinem p circumitum fundata sta-
tera ad mensurā calami sex cubitorum
spacio 7 latitudinem p parietem lateris
forinsecus q̄nq; cubitorum. Et erat interi-
or domus in lateribus domus: Et inter
galeophilatia latitudinē viginti cubito-
rū in circūtu domus vndiq;. Et ostiū

lateris ad orationē. ostium vnum ad vi-
am aquilonis. 7 ostium vnum ad viam
australem. 7 latitudinem loci ad oratio-
nem quinq; cubitorum in circumitu.
Et edificū quod erat separatū versum
q̄ ad viam respicientem ad mare. lati-
tudinis septuaginta cubitorum. paries
autē edificij quinq; cubitorum latitudinis
p circumitum 7 longitudo eius nona-
ginta cubitorum. Et mensus est domus
longitudinem centum cubitorum 7 quod
separatum erat edificū 7 parietes eius
longitudinis centū cubitorum. Latitu-
do autem ante faciem domus. 7 ei^{us} qd
erat sepatum contra orientem centum
cubitorum. Et mēsus est longitudinē
edificij cōtra faciem eius quod erat se-
paratum ad vsum hexhexas ex vtraq;
parte centum cubitorum. 7 templū in-
terius. 7 vestibula atrij. limina et fene-
stras obliquas. hexhexas in circūtu p
tres ptes cōtra vniuscuiusq; limē stra-
tūq; ligno p girū in circūtu. Terra au-
tem vsq; ad fenestras. 7 fenestre claue
sup ostia. 7 vsq; ad domū interiorē et
forinsecus 7 omnē parietes in architu
intrinsicus 7 forinsecus ad mensuram
7 fabricata cherubin 7 palme. Et pal-
ma inter cherub 7 cherub. Duasq; faci-
es habebat cherub. faciē hōis iuxta pal-
mam ex hac parte. 7 faciē leonis iuxta
palmam ex alia pte expressaz. Per om-
nem domū in circūtu de terra vsq; ad
superiorem partem. cherubin et palme
celate erant in pariete templi. Limē q̄
drangulum. et facies sanctuarij aspect^{us}
contra aspectum. Altaris lignei trium
cubitorum altitudo 7 lōgītudo eius duoz
cubitorum. 7 anguli eius et longitudo
eius et parietes eius lignei. Et locutus
est ad me. Hec est mensa coram domi-
no. Et duo ostia erant in templo. et in
sanctuano 7 in duob; ostijs ex vtraq; p-
te bina erāt ostiola que in se inuicē plu-
cabātur. Bina enim ostia erant ex vtra-
q; parte. ostiorum. Et celata erāt ī ip-
sīs ostijs templi cherubin 7 sculptura pal-
mar. sicut in pietibus quoq; expressa erāt.

Quāobrem et grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus, sup que fenestre obliq̄ ⁊ si militudo palmarū hinc atq; inde in humerulis vestibuli s̄m la tera domus latitudinēq; pietū. **XLII**

Eduxit me in atrium exteri⁹ per viam ducentem ad aquilonem. Et induxit me i gasophilatiū quod erat contra separatū edificium ⁊ contra edem vergentem ad aquilonem, in facie longitudinis centū cubitos ostij aquilonis, ⁊ latitudinis quinquaginta cubitos p̄tra viginti cubitos atrij interioris, ⁊ contra pavementum stratum lapide atrij exterioris vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gasophilatia deambulatio decem cubitoꝝ latitudinis, ad interiora respiciens vie cubiti vnus. Et ostia eoz ad aquilonem vbi erant gasophilatia in superioribus humiliora, quia supportabāt porticus q̄ ex illis eminebant de inferioribus ⁊ de medijs edificij. Tristega em̄ erāt ⁊ non habebant colūnas sicut erant colūne atrioꝝ. Propterea eminebāt de inferioribus ⁊ de medijs a terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior s̄m gasophilatia q̄ erant in via atrij exterioris ante gasophilatia. Longitudo eius quinquaginta cubitoꝝ, q̄ longitudo erat gasophilatioꝝ atrij exterioris quinquaginta cubitoꝝ ⁊ longitudo ante faciem templi centum cubitoꝝ. Et erat subter gasophilatia hec introitus ab oriente ingredientium in ea de atrio exteriori in latitudie periboli atrij quod erat contra viam orientalem i faciem edificij separati. Et erant ante edificium gasophilatia ⁊ via ante faciem eoz iuxta similitudinem gasophilatioꝝ rū que erant in via aquilonis. Scdm longitudinem eozum sic ⁊ latitudo eozū ⁊ omnis introitus eozum et similitudines ⁊ ostia eoz s̄m ostia gasophilatioꝝ rū que erant in via respiciēte ad northū. Ostium in capite vie, que via erat ante vestibulū separatū per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me

Gasophilatia aquilonis ⁊ gasophilatia austri que sunt ante edificij separatū hec sunt gasophilatia sancta in quibus vscūtur sacerdotes qui appropinquāt ad dominū in sancta sanctorū. Vbi ponent sancta sanctorum ⁊ oblationem p̄ peccato et pro delicto. Locus em̄ sanct⁹ est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius. Et ibi reponēt vestimenta sua in quibus ministrant, q̄ sc̄ta sunt vestienturq; vestimentis alijs, ⁊ sic procedent ad populum. Cumq; compleisset mensuras domus interioris, eduxit me per viam porte que respiciebat ad viam orientalem, ⁊ mensus est eam vndiq; p̄ circumitum. Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensure quingentos calamos, in calamo mensure per circumitum. Et mensus est contra ventum aquilonis quingentos calamos, in calamo mensure per girum. Et ad ventum australem mensus ē quingentos calamos, in calamo mensure p̄ circumitum. Et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos, i calamo mensure. Per quatuor ventos mensus est murū eius vndiq; p̄ circumitum longitudinem quingentozum cubitoꝝ, ⁊ latitudinem quingētoꝝ cubitoꝝ, ⁊ latitudinem inter sanctuarium et vulgi locum. **XLIII**

Eduxit me ad portam que respiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria dei israel ingrediebatur p̄ viam orientalem, ⁊ vox erat ei q̄ si vox aquarum multarum ⁊ terra splendebat a maiestate eius. Et vidi visionē s̄m speciem quam videram quando venit vt disperderet ciuitatem, ⁊ spēs s̄m aspectam quem videram iuxta fluius chobar. Et cecidi super faciem meā. Et maiestas domini ingressa est templum per viam porte que respiciebat ad orientem. Et eleuauit me spiritus, et introduxit me in atrium interius. Et completa erat gloria dñi domus. Et audiui loquentem ad me de domo. Et vir qui

habat iuxta me. dixit ad me. Fili hominis
locus solij mei. et locus refugiorum pe
dum meorum. ubi habito in medio filioꝝ
israel in eternũ. Et nõ polluet ultra do
mus israel nomẽ sanctum meum. ipsi
et reges eorũ in fornicationibꝫ suis et in
ruinis regũ suorũ et in excelsis qui fabri
cati sunt limen suum iuxta limen meũ
et postes suos iuxta postes meos. et mu
rus erat inter me et eos. Et polluerunt
nomen sanctum meum in abominatõ
nibus quas fecerũt. propter quod sum
psi eos in ira mea. Nũc ergo repellant
procul fornicationẽ suam et ruinas re
gum suorũ a me et habitabo in medio eo
rum semper. Tu autẽ fili hominis ostẽ
de domui israel templum et confundan
tur ab iniquitatibꝫ suis et metiantur fa
bricam. et erubescant ex omnibꝫ que fe
cerunt. Figuram domus et fabricæ eius
eritus et introitus et omnẽ descriptionẽ
eius et vniuersa precepta eius. cunctiqꝫ
ordinem eius. et omnes leges eius ostẽ
de eis et scribe in oculis eorũ vt custodiãt
omnes descriptiones eius et precepta
illius et faciant ea. Ista est lex domus in
summitate montis. Omnes fines ei
in circumitu. sanctum sanctorũ est. Hec
est ergo lex domus. Iste autem mensu
re altaris in cubito verissimo qui habe
bat cubitũ et palmũ. In sinu eius erat
cubitus. et cubitus in latitudine. et de
finitio eius vsqꝫ ad labiũ eius. et in cir
cumitu palmus vnus. Hec qꝫ erat fossa
altaris. Et de sinu terre vsqꝫ ad crepi
dinẽ nouissimã duo cubiti. et latitudo
cubiti vnius. et a crepidine minore vsqꝫ
ad crepidinẽ maiore quatuor cubiti et lati
tudo cubiti vnius. Iste autẽ ariel quatuor
cubitoꝝ. et ab ariel vsqꝫ ad sursum cor
nua quatuor. Et ariel duodecim cubi
toꝝ in longitudine per duodecim cubitos
latitudinis quadrangulatũ equis late
ribꝫ. Et crepido quatuordecim cubito
rũ longitudinis per quatuordecim cubitos
latitudinis in quatuor angulis ei. et coro
na in circumitu ei dimidij cubiti. et sinus
eius vnius cubiti per circumitũ. Gradus

autẽ eius versi ad orientem. Et dixit ad
me fili hominis hec dicit dñs deus. Hi sunt
ritus altaris in quocũqꝫ die fuerit fabrica
tũ vt offeratur sup illud holocaustum
et effundatur sanguis. Et dabis sacer
dotibꝫ et leuitis qui sunt de semine sa
doch q̄ accedũt ad me. ait dñs deus. vt
offerat. mihi vitulũ de armento pro pecca
to. Et assumẽs de sanguine eius ponẽs
sup quatuor cornua eius et super quatuor
angulos crepidinis et sup coronã in cir
cũitu. et mundabis illud et expiabis. Et
tolles vitulũ qui oblatus fuerit pro pec
cato. et obures eũ in sepato loco domus
extra sc̄tũariũ. Et in die secũda offeres
hircũ caprarũ immaculatum pro peccato. et
expiabit altare sicut expiauerũt in vi
tulo. Cũqꝫ cõpleueris expians illud. of
feres vitulũ de armento immaculatum.
et arietẽ de grege immaculatũ. et offeres
eos in p̄spectu dñi. Et mittet sacerdo
tes super eos sal. et offerent eos in holo
caustis dño. Septem diebꝫ facies hircũ
cum pro peccato quotidie et vitulum de
armento et arietem de pecoribꝫ immac
ulatos offerent. Septem diebꝫ expia
bũt altare et mundabunt illud et imple
bunt manũ eius. Expletis autẽ septem
diebꝫ in die octaua et ultra facient sacer
dotes sup altare holocausta vestra. et q̄
pro pace offerunt et placatus ero vobis
ait dominus deus.

XLIII

Et cõuertit me ad viã porte san
ctuarij exterioris q̄ respiciebat
ad orientẽ. et erat clausa. et dixit
dñs ad me. Porta hec clausa erit et non
aperietur et vir nõ transiet per eã qm̄ dñs de
us israel ingressus est per eã. eritqꝫ clau
sa p̄ncipi. Princeps ipse sedebit in ea vt
comedat panẽ corã dño. Per viã porte
vestibuli ingredietur. et per viã eius egre
dietur. Et adduxit me per viã porte aqu
lonis in cõspectu domus et vidi. et ecce im
pleuit gloria dñi domũ dñi. Et cecidi in
faciem meam et dixit ad me dominus
Fili hominis pone cor tuũ et vide oculi
tuis et auribꝫ tuis audi omnia q̄ ego lo
quor ad te. de vniuersis ceremonijs do

mus dñi ⁊ de cunctis legibus eius. Et pones cor tuum in vñs templi p officis exitus sanctuarij. ⁊ dices ad exasperatē me domū israel. hec dicit dñs de⁹. Sufficiant vobis oīa scelera v̄ra dom⁹ israel eo q̄ inducitis filios alienos incircūcīfos corde ⁊ incircūcīfos carne vt sint ī sanctuario meo ⁊ polluant domū meā. ⁊ offeritis panes meos adipē ⁊ sanguinem ⁊ dissoluitis pactū meū in oīb⁹ scelerib⁹ v̄ris. ⁊ nō fuistis p̄cepta sc̄tarij mei. ⁊ posuistis custodes obseruationū mearū ī sanctuario meo vobismetipsis. Hec dicit dñs deus. Omnis alienigena incircūcīsus corde ⁊ incircūcīsus carne non ingredietur sanctuarium meū omnis filius alienus qui est in medio filiorū israel. Sed ⁊ leuite q̄ longe recesserūt a me in errore filiorū israel ⁊ errauerūt a me post idola sua. ⁊ portauerūt iniquitatē suā. erūt in sanctuario meo editui ⁊ ianitores portarū domus ⁊ ministrō mus. Ipsi mactabūt holocausta ⁊ victimas ppli. ⁊ ipsi stabūt in spectueorū vt ministrēt eis. Pro eo q̄ ministrauerūt illis in conspectu idolorum suorū. ⁊ facti sunt domui isrl in offendiculum iniquitatis idcirco leuaui manum meā sup eos ait dñs deus. ⁊ portauerūt iniquitatem suam. Et non appropinquabunt ad me vt sacerdotio fungātur mihi neq̄ accedent ad omne sanctuarium meū iuxta sancta sanctorū. sed portabūt cōfusionē suā ⁊ scelera sua que fecerūt. Et dabo eos ianitores domus ⁊ in omni ministerio eius. ⁊ vniter sis q̄ fient ī ea. Sacerdotes autem ⁊ leuite filij sacerdotū q̄ custodierunt ceremonias sc̄tarij mei cū errarent filij israel a me. ipsi accedent ad me vt ministrent mihi et stabūt in conspectu meo vt offerant mihi adipē ⁊ sanguinē ait dñs deus. Ipsi ingredient sanctuariū meū. ⁊ ipsi accedent ad mensam meā vt ministrēt mihi ⁊ custodiāt ceremonias meas. Cūq̄ ingredient portas atrij interioris vestib⁹ lineis induētur. nec ascendet super eos q̄cūq̄ laneū q̄ ministrant in portis

atrij interioris ⁊ intrinsecus. Vitte lineae erūt in capitib⁹ eorū. ⁊ feminalia lineae erūt ī lūbis eorū ⁊ nō accingētur in sudore. Cūq̄ egredient atriū exterius ad pplm. eruent se vestimentis suis in q̄b⁹ ministrauerāt. ⁊ reponent ea in gathophylatio sanctuarij ⁊ vestient se vestimentis alijs. ⁊ nō sanctificabunt pplm in vestib⁹ suis. Caput autē suū non rudent neq̄ comā nutriēt sed tōdentes attondent capita sua. et vinū non bibet offiis sacerdos q̄ ingressurus ē atriū interius. Et viduā ⁊ repudiatā non accipient vxores. sed virgines de semie domus israel. Sed ⁊ viduā q̄ fuerit vidua a sacerdote accipient. ⁊ pplm meū docebunt quid sit inter sanctum ⁊ pollutū. ⁊ inter mundū ⁊ immundū oñdēt eis. Et cū fuerit cōtrouerfia stabūt in iudicijs meis ⁊ iudicabūt. Leges meas ⁊ p̄cepta mea in offiib⁹ solēnitatib⁹ meis. custodiēt. ⁊ sabbata mea sanctificabūt. Et ad mortuū hōiem nō ingredientur ne polluant. nisi ad patres ⁊ matrē ⁊ filium ⁊ filiam ⁊ frēm ⁊ sororē que alter virum non habuerit in quibus contactū minabūtur. Et postq̄ fuerit emūdat⁹ septem dies numerabūtur ei. et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius vt ministrēt mihi in sc̄tuario offeret p̄ peccato suo. ait dominus deus Non erit autem eis hereditas. ego hereditas eorū. Et possessionem non dabitis eis in israel. ego em̄ possessio eorum. Victimā ⁊ p̄ peccato et pro delicto ipsi comedent. ⁊ omne votum. in israel ipsorum erit. Et primitiua omnium primogenitorum ⁊ omnia libamenta ex omnib⁹ que offerūtur. sacerdotum erunt. Et primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti vt reponat benedictiones domui sue. Omne morticinū ⁊ captum a bestijs de auib⁹ ⁊ de pecorib⁹ non comedent sacerdotes.

XLV

Cūq̄ ceperitis terrā diuidere sortito separate primitias dño sanctificatū de terra longitudine viginti quinque milia ⁊ latitudine decem

A iij

milia. Sanctificatū erit in omni termino eius p̄ circuitū. Et erit ex omni pte sanctificatus quingentos p̄ quingētos quadrifariam p̄ circuitū ⁊ quinq̄ginta cubitis in suburbana eius per giruz. Et amensura ista mensurabitur longitudinem viginti quinq̄ milium. ⁊ latitudinem decem milium. Et in ipso erit tēplum sanctumq̄ sanctorū. sanctificatus de terra erit sacerdotibz ministris sanctuarij. qui accedunt ad ministeriū domini. Et erit eis locus in domo. et in sanctuariū sanctitatis. Viginti quinq̄ aut̄ milia longitudinis ⁊ decem milia latitudinis erunt leuitis qui ministrant domui. Ipsi possidebunt viginti gasophilatia. Et possessionē ciuitatis dabit̄ quinq̄ milia latitudinis. ⁊ longitudinis viginti quinq̄ milia s̄m separationem sanctuarij omni domui israel. principi quoq̄ hinc ⁊ inde in separationē septuarij ⁊ in possessionem ciuitatis ⁊ p̄tra faciem separationis sanctuarij ⁊ p̄tra faciem possessionis vrbis a latere maris vsq̄ ad mare. ⁊ a latere orientis vsq̄ ad orientē. Longitudinis autem iuxta vnāquāq̄ partē a termino occidentali vsq̄ ad terminū orientalem. de terra erit ei possessio in israel. Et nō depopulabuntur vltra principes populū meū. sed terrā dabit̄ domui israel s̄m tribz eorum. Hec dixit dominus deus. Sufficiat vobz principes israel. iniquitatem ⁊ rapinas imittite. ⁊ iudiciū ⁊ iusticiā facite. Separate confinia vestra a populo meo ait dominus deus. Statēra iusta et ephi iustum ⁊ batus iustus erit vobis. Ephi ⁊ batus equalia ⁊ vnus mensura erūt vt capiant decimam partem chori batus ⁊ decimā partē chori ephi. Iuxta mensuram chori erit equa libratio eoz. siclus autem viginti obolos habet. Porro viginti sicli ⁊ viginti quinq̄ sicli ⁊ quindecim sicli mnam faciunt. Et he sunt primitie q̄s tolletis: sextā pte ephi de choro frumēti et sextā ptem ephi de choro hordei. Mensura quoq̄ olei. Batus olei decima pars chori ē. quia decē bati im-

plent chorū. Et arietem vnuz de grege ducentoz de his que nutriuit israel in sacrificiū ⁊ in holocaustuz et in pacifica ad expiandū pro eis ait dñs deus. Omnis populus terre tenebit̄ p̄mittis his principi in israel. Et sup̄ principē erit holocausta ⁊ sacrificiū ⁊ libamina in solennitatibz ⁊ in kalendis ⁊ et in sabbatis in vniuersis solēnitatibz domus israel. Ipse faciet p̄ peccato sacrificiū ⁊ holocaustum ⁊ pacifica. ad expiandū pro domo israel. Hec dicit dominus deus. In primo mense vna mensis sumes vitulū de armento immaculatū. ⁊ expiabis sanctuariū. Et tollet sacerdos de sanguine qd̄ erit p̄ peccato ⁊ ponet in postibus domus in quatuor angulis crepidinis altaris. ⁊ in postibus porte atrij interioris. Et sic facies in septima mēsis p̄ vno quoq̄ qui ignorauit ⁊ errore deceptus ē. ⁊ expiabis pro domo. In primo mēse quartadecima die mēsis erit vobis pasce solēnitas. Septem dieb a sima comedent̄. Et faciet princeps in die illa p̄ se et p̄ vniuerso populo terre vitulū p̄ peccato. Et in septem dieb solennitate faciet holocaustuz domino septem vitulos ⁊ septem arietes immaculatos quotidie septem dieb. ⁊ p̄ peccato hircum capraruz et sacrificiū ephi per vitulum ⁊ ephi per arietem faciet. ⁊ olei hin p̄ singula ephi. Septimo mēse quintadecima die mēsis in solennitate faciet sicut supradicta sunt p̄ septē dies tam p̄ peccato q̄ pro holocausto et in sacrificio ⁊ in oleo. **XLVI**

Et dicit dominus deus. Porta atrij interioris q̄ respicit ad orientē erit clausa sex dieb in quibz opus sit. Die autē sabbati aperietur. Sed in die kalendarum aperietur et intrabit princeps per viam vestibuli porte defozis ⁊ stabit in limine porte. Et facient sacerdotes holocaustum eius ⁊ pacifica eius. ⁊ adorabit super limen porte ⁊ egrediet̄. Porta autem non claudet̄ vsq̄ ad vespēram. Et adorabit populus terre ad ostium porte illius in sabbat; ⁊

domino. Hec dicit dominus deus. In primo mense vnus mēsis sumes vitulū de armento immaculatū. ⁊ expiabis sanctuariū. Et tollet sacerdos de sanguine qd̄ erit p̄ peccato ⁊ ponet in postibus domus in quatuor angulis crepidinis altaris. ⁊ in postibus porte atrij interioris. Et sic facies in septima mēsis p̄ vno quoq̄ qui ignorauit ⁊ errore deceptus ē. ⁊ expiabis pro domo. In primo mēse quartadecima die mēsis erit vobis pasce solēnitas. Septem dieb a sima comedent̄. Et faciet princeps in die illa p̄ se et p̄ vniuerso populo terre vitulū p̄ peccato. Et in septem dieb solennitate faciet holocaustuz domino septem vitulos ⁊ septem arietes immaculatos quotidie septem dieb. ⁊ p̄ peccato hircum capraruz et sacrificiū ephi per vitulum ⁊ ephi per arietem faciet. ⁊ olei hin p̄ singula ephi. Septimo mēse quintadecima die mēsis in solennitate faciet sicut supradicta sunt p̄ septē dies tam p̄ peccato q̄ pro holocausto et in sacrificio ⁊ in oleo. **XLVI** Et dicit dominus deus. Porta atrij interioris q̄ respicit ad orientē erit clausa sex dieb in quibz opus sit. Die autē sabbati aperietur. Sed in die kalendarum aperietur et intrabit princeps per viam vestibuli porte defozis ⁊ stabit in limine porte. Et facient sacerdotes holocaustum eius ⁊ pacifica eius. ⁊ adorabit super limen porte ⁊ egrediet̄. Porta autem non claudet̄ vsq̄ ad vespēram. Et adorabit populus terre ad ostium porte illius in sabbat; ⁊

in kalendis coram domino. Holocauftū autē hoc offeret princeps domino in die sabbati. sex agnos immaculatos et arietē immaculatū. et sacrificium ephi per arietem. In agnis autem sacrificiū quod dederit manus eius et olei hin p singula ephi. in die autem kalendarū vitulum de armento immaculatum. et sex agni et arietes immaculati erunt. et ephi p vitulum. ephi quoq; per arietē faciet sacrificium. De agnis autē sicut inuenerit manus eius olei hin per singula ephi. Cūq; ingressus est princeps per viam vestibuli porte ingrediatur. et per eandem viam exeat. Et cum intrabit populus terre in conspectu domini in solennitatibus qui ingreditur per portam aquilonis vt adoret egrediatur p viā porte meridiane. Porro qui ingreditur per viam porte meridiane. egreditur per viam porte aquilonis. Non reuertetur p viā porte per quā ingressus est. sed e regione illius egredietur. princeps autem in medio eorum cū ingredientibus ingredietur et cum egredientibus egredietur. Et in nūdinis et i solennitatibus erit sacrificium ephi p vitulum. et ephi per arietē. In agnis autem erit sacrificium sicut inuenerit manus eius. et olei hin p singula ephi. Cū autem fecerit princeps spontaneum holocauftum aut pacifica voluntaria domino aperietur ei porta que respicit ad orientem. et faciet holocauftum suū et pacifica sua sicut fieri solet in die sabbati et egredietur claudeturq; porta postq; exierit. Et agnum eiusdem anni immaculatum faciet holocauftum quotidie domino. Semper mane faciet illud. Et faciet sacrificiū super eo catamane mane. sextā ptem ephi et de oleo terciā ptem hin vt misceatur simile. Sacrificiū domino legitimum. iuge atq; perpetuum. Faciet agnum et sacrificium et oleum catamane mane holocauftū semper nū. Hec dicit dominus deus. Si dederit princeps domum alicui de filiis suis. hereditas eius filiorum suorum erit

possidebit eam hereditarie. Si autem dederit legatum de hereditate sua vni seruorum suorum erit illius vsq; ad annū reuersionis et reuertetur ad principē. hereditas autē eius filijs eius erit. Et nō accipiet princeps de hereditate populi per violentiā et de possessione eorum. sed de possessione sua hereditatē dabit filijs suis vt nō dissipetur populus meus vnusquisq; a possessione sua. Et introduxit me p ingressum q̄ erat ex latere porte in galophilatia sanctuarij ad sacerdotes q̄ respiciebāt ad aquilonē. et erat ibi locus vergens ad occidentē. et dixit ad me. Iste ē locus vbi coquent sacerdotes. p p̄ctō et p delicto. vbi coquent sacrificiū vt nō efferant in atrium exterius. et sanctificet populus. Et eduxit me in atrium externū et circumdixit me p quatuor angulos atrij. Et ecce atriolū erat in angulo atrij. atriola singula p angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola disposita. quadraginta cubitorū p longum. et triginta per latum. Mensura vnus quatuor erant. Et paries p circumitum ambiēs quatuor atriola. et culine fabricate erāt subter porticus p girū. Et dixit ad me. hec est domus culinā. in qua coquent ministri domini vni victimas populi XLVII

Et conuertit me ad portam domus et ecce aque egrediebātur subter limen domus ad orientem. Facies enim domus respiciebat ad orientem. Aque autē descendebāt in latus templi dextrum ad meridiem altaris. Et eduxit me per viam porte aquilonis. et conuertit me ad viam foras portam exteriorē viam que respiciebat ad orientem. Et ecce aque redūdantes a latere dextero cum egredere tur vir ad orientem qui habebat funiculum in manu sua. et mensus est mille cubitos. et traduxit me per aquam vsq; ad talos. Rursumq; mensus est mille. et traduxit me per aquam vsq; ad genua. Et mensus est mille. et traduxit me per aquam vsq; ad venas. Et mensus ē mille torrentem quem nō potui

pertransire. quoniam intumuerant aque
profundi torrentis qui non potest trans-
vadari. Et dixit ad me. Certe vidisti fi-
li hominis. et eduxit me. et conuertit ad ri-
pam torrentis. Cumque me conuertissem
ecce in ripa torrentis ligna multa nimis
ex utraque parte. Et ait ad me. Aque iste
que egrediuntur ad tumulos sabuli ori-
entalis et descendunt ad plana deserti. in-
crabunt mare. et exibunt et sanabuntur
aque. Et omnis anima uiuens aque ser-
pit quocumque uenerit torrens uiuet. et erunt
piscis multi satis postquam uenerint illuc
aque iste. Et sanabuntur et uiuent om-
nia ad que uenerit torrens. et stabunt su-
per illa piscatores. Ab engaddi usque ad
engallim siccatio lagenarum erit. Plu-
rime species erunt piscium eius sicut pisces
maris magni multitudinis nimie. In
litoribus autem eius et in palustribus non
sanabuntur. quia in salinas dabuntur.
Et super torrentem orientem in ripis eius
ex utraque parte omne lignum pomifera
Non defluet solum ex eo. et non deficiet
fructus eius. Per singulos menses affe-
ret primitiua. quia aque eius de sanctua-
rio egredientur. Et erunt fructus eius
in cibum et folia eius ad medicinam. Hec
dicit dominus deus. Hic est terminus
in quo possidebitis terras in duodecim
tribus israel. quia ioseph duplicem funi-
culum habet. Possidebitis autem eas
singuli eque ut frater suus. super quam
leuauit manum meam ut darem patri-
bus uestris. Et cadet terra hec uobis in
possessionem. Hic est autem terminus
terre ad plagam septentrionalem a ma-
ri magno. via ethalon uenientibus seda-
da emath bethatha fabarim que est iter
terminum damasci et confinium emath
domus thicon que est iuxta terminum
auram. et erit terminus a mari usque ad
atrium enon terminus damasci et ab a-
quilone ad aquilonem terminus emath.
plaga septentrionalis. porro plaga orienti-
alis de medio auran et de medio dama-
sci et de medio galaad et de medio fre is-
rael. iordanis determinans ad mare ori-

entale metiemini plagam orientalem.
Plaga autem australis meridiana a tha-
mar usque ad aquas contradictionis ca-
des. et torrens usque ad mare magnum.
et hec est plaga ad meridiem australis.
Et plaga maris. mare magnum a confi-
nio per directum donec uenias emath
hec est plaga maris. Et diuidetis terram
istam uobis per tribus israel. et mittetis
eam in hereditatem uobis et aduenis qui
acceperint ad uos qui genuerint filios
in medio uestrum et erunt uobis sicut
indigene inter filios israel. Globiscum
diuident possessionem in medio tribuum
israel. In tribu autem quacumque fuerit
aduena. ibi dabitur possessio illi. ait
dominus deus.

XLVIII

Et hec nomina tribuum a sinibus
aquilonis iuxta uiam ethalon
pergentibus emath atrium enon ter-
minus damasci. ab aquilone iuxta uiam
emath. et erit ei plaga orientalis mare.
dan yna. Et a termino dan. a plaga ori-
entali usque ad plagam maris. aser yna.
Et super terminum aser. a plaga orientali
usque ad plagam maris. neptalim yna. Et
super terminum neptalim a plaga ori-
entali usque ad plagam maris. manasse yna.
Et super terminum manasse. a plaga ori-
entali usque ad plagam maris. effraim yna
Et super terminum effraim a plaga ori-
entali usque ad plagam maris. ruben yna
Et super terminum ruben a plaga ori-
entali usque ad plagam maris. iuda yna. Et
super terminum iuda. a plaga orientali
usque ad plagam maris erunt primitiue quas
separabitis viginti quinque milibus cala-
mis latitudinis et longitudinis. sicut
singule partes a plaga orientali usque ad
plagam maris. Et erit sanctuarium in
medio eius. Primitiue quas separabit
domino longitudo viginti quinque mili-
bus. et latitudo decem milibus. De autem
erunt primitiue sanctuarii sacerdotum non ad
aquilonem longitudinis viginti quinque mi-
lia. et ad mare latitudinis decem milia. Et
ad orientem latitudinis decem milia. et ad
meridiem viginti quinque milia. Et erit san-

ctuarium domini in medio eius. Sa-
cerdotibus sanctuarium erit de filiis sa-
doch. qui custodierunt ceremonias me-
as et non errauerunt cum erraret filius israel. si-
cut errauerunt et leuite. Et erunt primitie
de primitiis terre sancti sanctorum. i. u-
tra terminum leuitarum. Sed et leuitis si-
militer iuxta fines sacerdotum viginti
quingenta milia longitudinis. et latitudinis.
decem milia. Quis longitudo viginti et
quingenta milium. et latitudo decem milium. Et
non venundabunt ex eo neque mutabunt
neque transferentur primitie terre. quia san-
ctificate sunt domino. Quingenta milia au-
tem que supersunt in latitudine per vi-
ginti quingenta milia prophana erunt urbis
in habitaculum et in suburbana. Et erit
ciuitas in medio eius et hec mensura eius
Ad plagam septentrionalem quingenta et
quatuor milia. et ad plagam meridianam
quingenta et quatuor milia et ad plagam
orientalem quingenta et quatuor mi-
lia. et ad plagam occidentalem quingenta
et quatuor milia. Erunt autem sub-
urbana ciuitatis ad aquilonem ducenta
quingenta. et ad meridiem ducenta
quingenta. et ad orientem ducenta
quingenta. et ad mare ducenta quingenta.
Quod autem reliquum fue-
rit in longitudine secundum primitias sanctu-
arii decem milia in orientem. et decem
milia in occidentem erunt sicut primi-
tie sanctuarii. et erunt fruges eius in pan-
ibus his qui seruiunt ciuitati. Seruien-
tes autem ciuitati operabuntur ex om-
nibus tribubus israel. Omnes primi-
tie viginti quingenta milium per viginti quingenta
milia in quadrum separabuntur in pri-
mitias sanctuarii et in possessionem ci-
uitatis. Quod autem reliquum fuerit
principis erit ex omni parte primitiarum
sanctuarii et possessionis ciuitatis et re-
gione viginti quingenta milium primitiarum
usque ad terminum orientalem. sed a ma-
ri et regione viginti quingenta milium usque
ad terminum maris similiter in parti-
bus principis erit. Et erunt primitie san-
ctuarii et sanctuarium templi in medio

eius. De possessione autem leuitarum
et de possessione ciuitatis in medio par-
tium principis. erit in terminum iuda
et in terminum beniamin. et ad princi-
pem pertinebit. Et reliquis tribubus
erunt tales portiones. A plaga orienta-
li usque ad plagam occidentalem. benia-
min vna. et contra terminum beniamin
a plaga orientali usque ad plagam occide-
ntalem simeon vna. Et super terminum
simeonis a plaga orientali usque ad pla-
gam occidentalem. ysachar vna. Et super
terminum ysachar a plaga orientali usque
ad plagam occidentalem sabulon vna
Et super terminum sabulon a plaga ori-
entali usque ad plagam maris gad vna.
Et super terminum gad ad plagam austri in
meridie. et erit finis de thamar usque ad
aquas contradictionis cades. hereditas con-
tra mare magnum. Hec est terra quam mit-
tetis in sortem tribubus israel et hec parti-
ones earum. ait dominus deus. Et hi
egressus ciuitatis. A plaga septentrio-
nali quingentos et quatuor milia men-
surabis. et porte ciuitatis omnibus tri-
bubus israel. Porta tres a septentrione.
Porta ruben vna. porta iuda vna. por-
ta leui vna. Et ad plagam orientalem
quingentos et quatuor milia. Et porte tres
Porta ioseph vna. porta beniamin vna
porta dan vna. Et ad plagam meridia-
nam quingentos et quatuor milia me-
teris. Et porte tres. Porta simeonis
vna. porta ysachar vna. porta sabulon
vna. Et ad plagam occidentalem quin-
gentos et quatuor milia. Et porte tres.
Porta gad vna. porta aser vna. porta
nephthalim vna. Per circumitum decem
et octo milia. Et nomen ciuitatis ex illa
die. dominus ibidem. Amen.

Explicit Ezechiel propheta